



1.
1.
2.
3.
4.
5.
17
1.
2.



I. N. I.
POSITIONES INAUGURALES
Ex Materia
DE

594

17076

JURE AGNATORUM IN FEUDIS,

QUAS
Divina Favente Clementiâ,
Indultu

MAGNIFICI ET NOBILISSIMI ICTORUM ORDINIS
In Illustrissima EBERHARDINA,
PRÆSIDE

11

DN. GABR. SCHWEDERO, U. J. D.

Sacri Cæsarei Palatii Comite, Serenissimi
DUCIS Württemberg. Consiliario, Juris Pu-
blici & Feudalis Prof. Publ.

Domino Patrono, Præceptore, ac Hospite sempiterno
observantia cultu prosequendo,
Pro LICENTIA,

Summos in utroque Jure Honores, Privilegia,
& Immunitates ritè capeffendi,

H. L. Q. C.

Publica Eruditorum disquisitioni
subjicit

Ad diem 14. Martii,

PHILIPPUS LUDOVICUS BRENNER,
Nürting.

TUBINGÆ,
A. O. R. MDCCVII.

Typis Joh. Conradi Eitelii.

POSITIONES
EX MATRIA
DE
**JURE AGNATORUM
IN FEUDIS**

Quas
D. GABR. SCHWEDERO, U. J. D.
Sacerdotis Caroli Palatini Comitis, Secretarii
DUCIS WURTEMBERGICAE, Consistorii Praesidis
Domini Patris, Praeceptoris, ac Scholae Praeceptoris
Summus in utraque iuris HONORIS, Præfatus
& Immunitatis in Capellania
H. L. G.
Publicæ Eruditionis dispensator
Ad hunc diem Martij
PHILIPPUS EUDOVIGUS BRENNER
Nürnberg
T U R I N G E
A. O. R. MDCCVII
Typis Caroli Schwanii





PROEMIUM.



Roposueram quidem mihi, loco *The-
matis Inauguralis*, præsens hoc Argu-
mentum ex Commendatione Ma-
gnif. DN. PRÆSIDIS, Parroni, Præ-
ceptoris atque Hospitis æternum
venerandi, ob insignem ejus in Foro
utilitatem atque frequentiam, proli-
xius deducere; Sed illorum quorum

authoritatem neque aspernari, neque voluntatem negli-
gere debebam, literæ a vocatoris mihi vix tantum tempo-
ris reliquere, ut ex eo Positiones quasdam, principiales
Controversias in se continentes, colligere potuerim; quas
ut æqui bonique consulas, B. L. est quod obnixè rogo.

POSITIO I.

VOx Agnationis, unde Agnatorum Nomen de-
scendit, promiscuè & synonymice usurpatur cum
voce Familiz, Domûs, Stirpis, Generis, dicimus
enim, es ist ein Fürstlich / Gräfflich Haus oder Fa-
mille, ist ein Adelticher Stamm / es ist ein Geschlechte und
Familie, acad similitudinem vocis Familiz, de qua in
L. 195. de V. S. interdum accipitur complexivè, pro o-
mnium ab eodem Genitore per masculos descendentium
conjunctione in quocunq; etiam divisa per plures ge-
nera-

A

nerationes sit Stirpes, & sic pro eâ, quæ communi Jure talis est, & communia Agnationis Jura habet. *d. L. 195. §. 2. ibi: Communi Jure Familiam dicimus omnium Agnatorum. d. V. S. & alias appellatione Gentis uno communi nomine utentis venit, ut cum dicimus, das Haus Sachsen/das Haus Brandenburg.* Interdum vero pro conjunctione ejusmodi, quæ unius est Stirpis, ita, ut quot sunt ex uno genitore agnatæ Stirpes, tot etiam separatæ sint iterum agnationes. Sic v. gr. distinguuntur, das Königliche Brandenburgische Haus/ und das Marggrävlich Brandenburgische Culmbachische/ Waraytische/ und Dnolsbachische Haus/ & qui sunt ejusdem Stirpis seu lineæ, ejusdem etiam Agnationis dicantur, & sic Juris eidem stirpi competentis participes, cæteræ vero stirpes, & qui earundem membra sunt, quidem dicantur ejusdem gentis esse, & eandem habere Parentelam aut gentilitatem, non tamen uni proprii Juris semper altera parriceps sit, *L. 53. d. V. S. ibi; Cum dicitur apud Veteres agnatorum, gentilium q., pro separatione accipitur.*

II.

Sic licet, ut exemplo rem illustremus, quotquot hodiè ex Serenissima Familia & Domo Brandenburgica supersunt & florent, unum communem genitorem agnoscant, & sic eandem Parentelam & gentilitatem habeant, atque, hinc, casu eventuro, etiam mutuo & reciproco successione Jure gavifuri sint, non tantum in Feudis Imperii, sed in ipsâ quoque Borussia, ab Alberto Brandenburgico, Ordinis Teutonici Magistro, imploratis auxiliis pro tuenda contra Polonos Borussia, ab Imperio frustrato, à Sigismundo I. Poloniae Rege, an. 1525. vi inicitæ cum ipso transactionis, cujus tenorem exhibet LIMNÆUS, *tom. I. addit ad L. 5. c. 7. pag. 780. seqq.* in Feudum recepta, vigore simultaneæ investituræ Joachimo II. Electori Brandenburgico, & omnibus ejus posteris, in Comitibus Petricov vicis ad. 1503. con.

concessa, relatæ à laudato LIMNÆO, d. l. p. 78: per late ab ipso in seqq. pag. deducta, attamen vi Pactorum Welauiensium i. Bydgostianorum Jus supremi Dominii cum summa & absoluta potestate in hanc pro sola Domo Electorali Brandenburgica stipulatum fuit, cautumque expressè est, quod si Propago Electoralis in masculis deficiat, Ducalis Borussia pristinam Feudi à Coronâ Poloniæ dependentis conditionem recipere, eaque Lege ad Agnatos Culmbacensis & Onoisbacensis lineæ redire debeat, tamdiu certo stabilique Jure apud eos mansura, usque dum stirps Marchionum Brandenburgicorum in rebus humanis vigeat, & successores legitimos habeat vid. art. 6 Pacto. Welauiens. ibi: *Quaquam vero Serenissimus Elector, Ejusque descendentes omnes masculi, omni proxus Vasallagii nexu, quo hætenus Regi & Republica Polonia obstructi, fuerunt, iisque omnibus, qua inde dependent, liberentur, non tamen perpetui feudi alienatio inde sequetur sed deficientibus masculis ex præmemorata linea legitima Electorali descendens, Serenissimis Regibus & Reip. Polonia, jus suum integrum, in præfatum Ducatum reservatur, & tali pacto præfatus Ducatus à Republica Polonia non auelletur; Quæ tamen reservatio interim ante casum existentem, Juri Supremi Dominii Serenitatis Suae Electoralis, ejusque descendendum nullo modo præjudicabit. Promittit etiam sua Regia Majestas tam pro se quam pro successoribus suis, se in casu non existentium descendendum spectatam habituros rationem Agnatorum Serenitatis Suae Electoralis nimirum Domus Culmbacensis & Onolsbacensis, & officia collaturos apud Regni Comitibus, ut casu caducitatis existente etiam illi aliis præferantur, & ad successionem præfati Ducatus admittantur, sub usdem Feudi conditionibus & obligationibus, quibus ante hæc Serenissimus Elector, ejusque Antecessores, illumq. vigore investitura possederunt. Tenorem plenum Pactorum refert PUFFENDORF de reb. gest. Friderici Wilhel-*

mi, *Lib. 6. §. 78. add. GASTEL. de Stat. Publ. Europ. noviss.*
P. 4. C. 19. rubr. Prussia. num. 159. Cumque FRIDERI-
 CUS III. ELECT. BRANDENB. in REGEM BO-
 RUSSIÆ, die 18. Jan. 1701. solenniter coronatus, Re-
 gem ac Regnum Polonia datâ asscuratione plenè secu-
 rum fecit, ipsis nullo modo hanc tituli regii assump-
 tionem deficientibus masculis linea Electoralis præjudicia-
 lem & damnosam futuram, uti videre est apud J. H. CHRIST-
 LUNEG. in *supplem. Syllog. negot. public. pag. 295. & 332.*
 111.

Agnati proinde in oppositione ad Cognatos sunt,
 qui per paternam Lineam sanguine conjuncti sunt, idem
 gentilitatis nomen, eandemque familiam & easdem Ima-
 gines sive Insignia habent, die eines Namens/ Geschlechts/
 Schilds und Helms seynd/ die eines Stammens und Nas-
 mens seynd/ welche einerley Schild und Helm haben/ Saxo-
 nes vocant *Schwerdmagen* / quasi ad militarem usum
 idonei Consanguinei, quemadmodum Cognati ipsis
Spielwagen dicuntur. Cum autem de Agnatorum Ju-
 re, quod ipsi in Feudo habent, certas Positiones pro lo-
 augurali Specimine exhibere animus sit, in specie nobis
 hic Agnatorum nomine veniunt, qui cum Vasallo ultimo
 defuncto, ex ejus, qui Feudum primùm acquisivit, seu
 communis stipitis & genitoris, sanguine descendunt, &
 illi proximè defuncto Vasallo per viriles sexus personas
 conjuncti sunt.

I V.

Hi Agnati novissimè defuncti Vasalli à primo ac-
 quirente, seu communi stipite, cum illo descendentes
 ex domini Feudum concedentis, & Vasalli illud primùm
 acquirentis expressâ aut tacita vel conjecturata volunta-
 te, quâ quisque non sibi tantum, sed heredibus quoque
 suis prospicere voluisse Jure præsumitur, tam Feudali
 quam

quam Civili *L. 9. ff. de probat. 2. F. 18.* virtutē primæ Inve-
stituræ Consuetudinum Feudalium auctoritate firmata,
peculiare & proprium aliquod Jus acquirunt, vi cujus
ipsi non tantum in Feudo paterno à Majoribus acquisitio
succedere possunt, sed variis aliis quoque commodis &
Juribus gaudent & fruuntur.

V.

Potissimum autem Jus Agnatis in Feudo à Majori-
bus suis quæsito competens se se exerit ac conspicitur in
Tutelâ & Cura Vasalli impuberis aut Minoris gerenda &
administranda: Secundò, in successione: Tertiò, pote-
state Feudum in illorum præjudicium alienatum revo-
candi: Quartò, in Feudi amissi aut deperditi ad eos de-
volutione.

VI.

Tutela Feudalis, die *Lebensvormundschaft* perindè
ut Jure Civili, vel Testamentaria, vel Legitima, vel Deriva-
ta est, & primum quidem locum itidem hic invenit Testa-
mentaria juxta *L. 11. pr. ff. de Testam. Tutel.* non obstante
Textu *i. F. 8. pr.* qui loquitur de ordinatione, quæ respi-
cit successionem Feudi, non quæ facta respectu tutelæ
testamentariæ, quæ à successione plane separata, ita, ut si
Vasallus filio suo impuberi, in Potestate Patriæ ejus con-
stituto, nec post illius mortem in potestatem alterius re-
tineturo, Tutorem in genere testamento dederit, is simul
quoque bona Feudalia administret, *L. 17. de Testam. Tutel.*
si ad illa administranda alium, ut potest, quia bona feu-
dalia ab allodialibus sunt separata, sub diversa Jurisdic-
tione sita arg. *L. 15. de Testam. Tut.* specialiter non dederit;
Nec hæc Testamentaria Tutela præcise Agnatis deferen-
da, sed quibusvis extraneis, qui etiam ejusdem Domini
Vasalli non sunt, modo alias de jure communi habiles
sint,

sint, & Tutores esse non prohibeantur arg. *L. 26. pr. d. Testam. Tut. L. 55. d. Legat. 1.* deferri potest. Quamvis in Feudis Imperii Regalibus Majoribus, Ducatibus, Principatibus nempe, in quibus idem obtinere tradit *SCHRADER. Part. 10. Sect. 19. n. 14. 16.* proximi Agnati præteritio aut exclusio minus consulta sit, dum maximam offensionem excitare, aliaque damna & mala non tantum ipsi Illustri Familæ, sed universo quoque Imperio perniciosissima attrahere queat: Prudenter ergo non solum quid sibi liceat, sed etiam quid expediat considerabit ejusmodi Illustris Imperii Vasallus.

VII.

Quando tam actu, quam potentia deficit Tutela Testamentaria, Legitimæ locus esse incipit. Cum vero de jure communi onus legitimæ Tutelæ ad eos pertineat, quibus luerum successionis competit, arg. *L. 1. pr. ff. de legit. Tutor.* nec in Jure Feudali hoc reperiatur mutatum, merito hoc Jure illa quoad feuda solis defertur agnatis, exclusis cognatis: Et quidem in Feudis indivisibilibus, soli seniori ex Agnatis *PÜHEL. de tutel. Elect. cap. 5. num. 6.* Nam licet Jus Civile Novum cognatos agnatis, ut in luccessione, sic & in tutela & cura exæquaverit *Nov. 118. cap. 5.* hæc tamen constitutio ad Feuda trahi nequit, quippe in quibus Familæ identitas, atque ab eâ dependens agnatio ubi vis omnem facit paginam, & cognatos tam à luccessione, quam à tutela ac cura regulariter removel. Cognatis ergo non nisi in casu, quo ipsi in Feudo succedere possunt, ut, si sit for mininum, merè hæreditarium, vel alias Pacto ipsis prospectum, aditus ad tutelam legitimam feudalem patet *CHRISTIN. Vol. 6. Dec 115. num. 9.* add. *ROSENTH. d. Feud. cap. 12. concl. 10. num. 19. & seq.* in defectu autem agnatorum, & certis illis casibus cognato-

torum ad tutelam hanc legitimam in Feudis adspirare quoque possunt simultaneè Investiti, licet Vasallo sanguine juncti non sint, quia de jure succedendi vigore simultaneæ Investituræ competente regulariter idem Jus statuitur, quod alias obrinet de jure succedendi agnatis vi primæ Investituræ & sanguinis, quem ipsi à primo acquirente trahunt, competente CHRISTIN. *d. dec. 113. n. 19.* SCHRADER. *P. 10. sect. 19. n. 49.* Idem dicendum de iis, quibus ex Pacto confraternitatis successio debetur, PÜHEL, *d. l. n. 12.* In pluribus tam Principum, quam etiam aliorum Illustrium Familiis teste BESOLD, *thes. Pract. voc. Vormünder.* usu receptum, ut Illustribus Tutoribus legitimis adiungantur certi Consiliiarii Tutelares, *Regimentsoder Vormundschaftes Räte* / qui tamen in causis arduis propriâ autoritate sine Tutorum principalium consensu nihil expedire valent. PÜHEL, *d. tr. cap. 10. n. 60.* Dn. STRYK. *E. I. F. cap. 7. q. 15.*

VIII.

Quoad Electoratus seculares verò in specie notabilis Regulæ in *L. 11. pr. d. Testam. Tut.* propositæ continentur Exceptio in *A. B. Cap. 7. §. 2.* qua proximiori Agnato perfectæ ætatis, jure communi XXV. annis circumscriptæ & determinatæ, vel si ipsemet defectum ætatis pariatur, remotiori legitimæ ætatis existenti, aut ex pluribus æquali gradu junctis seniori tutela legitima agnatica ipso jure ita defertur, ut per ultimam voluntatem ei adimi, aliusque in ejus præjudicium Tutor testamentario constitui nequeat, nisi gravissima adsit causa, quæ illum suspectum reddat, & à Tutela gerenda repellat: Quemadmodum hanc A. B. mentem esse, tam Imperator, quam Electores maxima ex parte per interpretationem authenticam quasi, in Literis suis ad Philippum Ludovicum Comitem Palatinum Neoburgicum datis declarata.

clararunt, tenore & contextu iuratum, qui reperitur apud
 JOHAN. ZESCHLINUM *de Tut. Elector. legu. Cap. 6. n. 113.*
sq. satis demonstrante; vid. Magnif. DN. FRASES in introd. in
Jus Publ. part. Spec. Sect. 11. §. 11. & Excell. DN. D. GRASS. Pa-
tron. noster perpetim venerandus, Dissert. Collat. Jur. Civ. &
Rec. imp. Sect. 111. th. 1. pag. 5. Nec Contutor quoque adjun-
 gi possit, quia A. B. solius proximi Agnati mentionem fa-
 cit, ac per consequens alios Tutores excludit, MERCKLEB.
 apud KLOCK *Tom. 1. Conf. 6. qu. 3. n. 37.* Tutelæ autem
 agnato proximiori assertæ effectus non tantum in eo con-
 sistit, ut ad Tutorem saltem pertineat Jus voti in Ele-
 ctione Casarea, potestas exhibendi officia Electoris in
 actu Coronationis, & quæ his similia, sed ut etiam Ele-
 ctorum administrat, & regimen exerceat, frustra quoad
 hoc dissentiente DN. COCCIO *in Instit. Jur. Publ. Cap. 29.*
§. 17. sq. & dissert. de Tutel. Illustr. Cap. 3. §. 7. nec ille tan-
 tum primogeniti, sed cæterorum quoque Filiorum Ele-
 ctoralium Tutor est, usque dum Primogenitus octode-
 cim annos compleverit, post quorum lapsum Tutor il-
 li non tantum jus, vocem, & potestatem eligendi, cum
 omnibus inde dependentibus, sed & Administrationem
 Electoratus & cæterarum ditionum, quas titulo Princi-
 pis vel Comitis possidet, quin & Tutelam fratrum Mi-
 norennum ceder.

IX.

Non omnes vero Agnati promiscuè ad Tutelam
 illam admittuntur, sed tantum Proximiores, sique plu-
 res eorum sint in pari gradu, communi Jure his in fe-
 dis dividuis conjunctim Tutela defertur, *L. 9. ff. de legit.*
tutor. ROSENTH. *d. Concl. 10. n. 33.* secus ac de Jure Saxo-
 nico, quo soli seniori committitur, CARPZOV *p. 2. C. 11.*
D. 11. n. 1. modo etiam ad Tutelam hanc aspiraturi justæ
 sint

sint ætatis, arg. *L. ult. C. de legit. tutel. & alias ad tutelam suscipiendam & administrandam idonei, nec Tutores esse prohibeantur, L. 1. §. 2. 3. L. 11. ff. de tutel. L. 10. §. 1. de legit. tutor. Nov. 72. Cap. 1. junct. pref. irem Nov. 94. pref. atque à primo acquirente descendant, aut simul investiti sint, reliqui enim successionis incapaces sunt, E. & à tutela removentur, arg. L. 1. L. 3 d. legit. tutor. Hoc autem nihil refert, sintne Agnati ex utroque an vero ex uno tantum latere conjuncti sic v. g. Fratri Consanguineo Frater Germanus in tutela non præferetur. ROSENTHAL. d. l. n. 32. SCHRADER p. 10. sect. 19. n. 47.*

X.

Admittuntur tamen etiam Agnati Minorennæ XXV. annis, si vel per Jura ac Statuta provincialia & localia, (qualia sunt Jura Saxonica & Bavarica, quibus qui annum unum & vigesimum compleverunt, minorennitatem supergressi censentur, teste CARPZOV. P. 2. C. 11. D. 9, BALTHASAR, *resol. Jur. Civ. & Bavar. p. 1. tit. 5. resoll. §. n. 26. STATUTA NORIMBERG. tit. 39. leg. 1. §. ult. & Leg. II. pr. HAMBURGENSIA lib. 1. tit. 9. art. 1.* quibus annis octodecim minorennitas circumscripta & determinata est, ita, ut iis elapsis perfecta ætas incipiat, qui terminus Longobardorum Legibus etiam definitus fuit, & hodie multum in locis adhuc observatur, teste MEVIO ad *lus Lubec. P. 1. tit. 7. art. 6. n. 5. B. Dn. SCHEINEMAN. de temper. ætatis. hum. P. 2. C. 5. § 17.*) vel per Specialia Privilegia, vel Pacta Gentilitia, aut ultima Elogia ab Imperatoribus confirmata, pro majorennibus declarati, qualia Exempla in multis Principum Familiis refert LIMN. *ad A. B. Cap. 7. Obs. 27.* quod tamen non erit extendendum ad illos, qui veniam ætatis ab Imperatore vel alio istam Facultatem habente, impetraverunt. PÜHEL. *d. tr. Cap. 10. n. 19.*

B

nisi

nisi Princeps veniam ætatis indulgens specialiter Jus quoque Tutelam vel Curam fratrum minorum suscipiendi concesserit.

XI.

Non verò tantum Agnati in Linea Collaterali existentes, qui hic proprie nomine agnatorum intelliguntur, sed quandoque etiam in Ascendente Vasallo Impuberi conjuncti, qui J Civili quoque Agnati dicuntur, vid. *L. 12 ff. de suis & legit. hered.* ut Pater, Avus, Proavus, Filii, Nepotis, vel Pronepotis sui Feudū habentis, sui que Juris existentis tutelā legitime funguntur. *SCHRADER Part. 10. sect. 19. n. 40.*

XII.

Agnatis collateralibus etiam in hac tutelā feudali suscipienda & gerenda non minus quàm in tutelā allodialium bonorum de Jure Civili, Mater & Avia ut præferatur, desiderare potest; & si futuris nuptiis, S. G. Vellejano ceterisq; Legum beneficiis & Privilegiis in favorem sexus muliebris introductis renunciare parata sit, præ illis omnino admittenda est, vi *Authent. Matri C. quand. mul. tut. offic. fung. poss. Nov. 94. c. 2. Nov. 118. c. 5.* Quamvis enim Mater ac Avia in Feudum haud succedant, quia tamen tutela ipsi non ratione successionis, sed connata affectionis & singularis ac tenerrimi amoris, quo liberos prosequuntur, præferatur, non excludi à tutela feudali poterunt, cum præsertim nullibi in Jure Feudali Longobardico agnati præ illis ad tutelam hanc vocentur, sicque præsidium aliquod inde petere minime possint, recurrentem igitur ad Jus Civile erit, in quo non illi, sed mater & Avia prærogativam habent. Quam Praxis Imperii inveterata his quoque per infinita exempla fatis confirmavit, non tantum in minoribus, sed Majoribus quoque & Regalibus Feudis Imperii, de qua Praxi testantur innumera Inclyti Judicii Cameralis sententiæ apud CHRISTIANUM BARTHIIUM, in editis

sis tribus volum. *sententiarum Cameralium*, & alios Camera-
 les, testantur procul dubio sententiæ Augustissimi Judi-
 cii Aulici, si illæ pariter editæ essent, testantur etiam ipsorū
 Recessuum subscriptiones. Sic *Recessus Imp. de an. 1551.* Maria
 Belgii Gubernatrix, *Recessus de anno 1603.* Maria Lotharingæ
 Ducissa, *Rec. de an. 1641.* Maria Eleonora Ducissa Mecklen-
 burgica, cui quidē acris de tutela ab Agnato Adolpho Fride-
 rico Duce Megapolit. lineæ Sverinensis mota controver-
 sia, pro illa tamen à Cæsare decisa, ut videre est apud MART-
 MAJER in LONDORPIO *suppleto & continuato part. 4. lib. 2. n. 27.*
seqq. Recessus de anno 1654. Maria Anna Ducissa Bavaræ
 & Anna Maria Principissa Eggenbergensis tutorio nomine
 subscripserunt. Et nota sunt præterea exempla Serenis-
 simæ Archi-Ducissæ Claudiæ Austriacæ Archiducis Leo-
 poldi relictæ Viduæ, Amaliæ Elisabethæ seculi superioris
 Ornamenti Wilhelmi V. Constantis dicti, Landgravii
 Hassiæ Cassalensis, Viduæ, quæ magna cum gloria Princi-
 parum per 12. annos administravit, Margarethæ Elisabe-
 thæ, Friderici Landgravii Hassiæ Homburgici *anno 1638.*
 defuncti Viduæ, Mariæ Eleonoræ Comitissæ Palatinæ in
 Lautereck & Simmern, Ludovici Philippi relictæ Viduæ,
 quæ & munere *des Krayshauschreibenden Fürsten in Cir-
 culo Rheano superiori* functa summa cum laude, Eli-
 sabethæ Dorotheæ Ludovici VI. Landgravii Hassiæ in
 Darmstadt Viduæ, Christinæ Carolæ Principissæ Ostfri-
 sicæ, Henriæ Emilie Principissæ de Nassau Diez, Sereniss.
 Reginae Polonicæ Eleonoræ Mariæ, Caroli Leopoldi
 Ducis Lotharingæ relictæ Viduæ, Henriettæ Cathari-
 næ, Johannis Georgii II. Principis Anhaltini lineæ Des-
 saviensis Viduæ &c.

XIII.

Minores 25. annis J Civili non sunt in Curatelâ Legi-
 tima



ma Agnati vel Cognati allodialis, partim quia inuicem
 gulariter non recipiunt Curatorem, sed siquem habere
 volunt, eum à Magistratu petunt §. 2. d. *Curat.* partim
 quia Minores Testamentum aliamve ultimam Volunta-
 tem condere, atque sic bona sua allodialia aliis quam a-
 gnatis relinquere possunt *L. 5. ff. L. 4. C. qui testam fac poss.* ob
 adeo incertum ergo successionis emolumentum certo cura-
 oneri agnatos Lex ex spe successionis aliàs tutelam ac cur-
 ram deferens subicere noluit. Cum autem hodierno
 Imperii Jure minoribus non saltem volentibus, sed in-
 vitis etiam, Curator constituatur, ac hinc minoribus non
 minus cura quam Pupillis Tutela, necessariò & regula-
 riter, non tum demum quando minor se imparem nego-
 tiis administrandis esse deprehendit, subeunda sit, *Ordin.
 Polit. Imp. de Anno 1577. tit. 32. §. 1. 2.* Cura cum Tu-
 tela ex generali Germaniæ Consuetudine ita coha-
 reat, ut plerumq; Tutor post pubertatem usque ad com-
 pletos annos 25. ac adeptam ætatem perfectam etiam
 Curatoris officium, & quidem absque novo Magistratus
 decreto gerat & sustineat, sicque tutela in Curam tran-
 seat, ut ut non negemus tutorem finita pubertate ratio-
 nibus redditis tutelam deponere & adulto curatorem
 dari petere posse. *SCHULZ in Synops. Instit. ad tit. quib. mod.
 tut. finit. 3.* Minor de feudis testandi Jus non habeat, nul-
 la ordinatione defuncti per modum ultimæ voluntatis
 in feudo manente & valente *F. F. 8.* & ita successio agna-
 tis per testamentum à Minore adimi nequeat, quid pro-
 hibet agnatis in feudis curam legitimam minorum tribu-
 ere ob certam successionis spem, ex deficiente testamen-
 tatione fluentem Jure Feudali ipsi in tantum confir-
 maram, ut ne inter vivos ipsis ullo actu eadem interver-
 ti queat. *2. F. 39. cum Dn. § TRYCKIO Ex. 7. F. Cap. 7. q. 27.*
 Horio

HOPPIO ad § 3. *Inst. de Curat.* Dn. MENCKENTO *disp. de bre-
rogat. agnat. pra cognat. in suscip. tutela curave quoad allos.
& feud. th. 22. 36. utut dissent.* SCHRADER *p. 10. sect. 19. n.
144.* ROSENTHAL *C. 12. concl. 10. n. 48.*

XIV.

Agnatus ut Tutor vel Curator legitimus quamprimum
cognoverit, Parentē illius de cujus tutela vel Cura, agitur,
defunctum, & tutelam vel Curam sibi delatam esse, aut ad se
Jure successionis legitimo pertinere, praestitis praestandis,
petita sc. Confirmatione, statim eam agnoscat & susci-
piat, nisi justam sese excusandi causam habeat, negli-
gendo enim hoc, suo cessat discrimine, ejus quippe pe-
riculo est tutela, & ipse de omnibus damnis, quae inte-
rea evenere, tenetur, arg. *L. 1. §. 1. L. 5. §. 10. de Admin.
Tut. L. 5. C. de peric. tutor. L. 31. de Excus.* Principes alique
immediati Vasalli Imperii solent Confirmationem pe-
tere vel ab ipso Imperatore, vel à Camerâ Imperiali:
Tenorem talis Epistolæ Petitoriae habet PÜHEL *d. tr. C.
10. n. 52.* & JOH. FRIDER. CRAMER. *in Introd. ad Prax.
August. Jud. Imp. Aulic. sect. 2. Cap. 3.* nec non BLUM *in Sup-
plic. Camer. tit. 14. num. 22. 23. 24.* Ante Impetrationem
Confirmationis vero prius praestabunt Juramentum, non
praesens in propria persona, sed per Procuratorem speciali
mandato, cujus formulam iridem exhibent laudatus PÜ-
HEL. *all. cap. n. 56.* & CRAMER *cit. loc. instructum,* idoneeque
cavebunt, moribus nostris sub obligatione hypothecaria
omnium bonorum, PÜHEL *d. l. n. 50.* BLUM. *in Proc. Ca-
mer. tit. 42. n. 14. 15.* AUTHOR *COMPEND. Prax. Imp. Au-
lic. pag. 6.* ubi refert, quid Referens observare teneatur,
si petatur Tutorum vel Curatorum Confirmatio.

XV.

Officium Agnati Illustris legitimi Tutoris s. Curatoris
idem

idem erit, quod aliorum Privatorum, hinc tenebitur pupillum Illustrum in ea Religione, in qua vivis Parentibus informatum, porro educare, virtutibus illustribus ad necessariam regnandi scientiam imbuendum tradere, vid. *SAVEDRA in Idea Princ. Christ. Polit. 6. symb.* alimenta pro Conditione Personæ & status digna subministrare, auctoritatem suam in omnibus negotiis interponere, Inventarium conficere, juxt. *PÜHEL. d. l. n. 94. 95.* (in quod tamen non necesse est ut referantur omnia bona immobilia & debita, cum hæc procul dubio alias in Archivis tam secretioribus, quam communibus, jam tum consignata reperiantur) bonorum que conservationem, & legitimam augmentationem præ oculis habere ac omnino studio procurare. *PÜHEL. d. l. n. 98.*

XVI.

Agnati à tutela vel Cura feudali ex justa causa se excusaturi æque audiendi sunt in Foro feudali ac communi, ex iisdemque Excusationum Causis liberantur à suscipienda Tutela, vel cura *SCHRADER P. 10. sect. 19. n. 96. 98.* Quod & in Principibus Imperii verum, quanquam non omnes Excusationis Causæ in Jure Civili contentæ, quæ privatis competunt, propter rationis disparitatem possint Personis Illustribus applicari: Cum è contra aliæ Causæ possint ab his allegari, quæ licet privatis Tutoribus nullam excusationem præbeant, tamen suum effectum in Illustribus Tutoribus bene habere queant. Ideoque multum hæc in parte arbitrio Judicis relinquendum esse rectè censet *PÜHEL. d. tr. Cap. 11. n. 9.*

XVII.

Ipso Jure finitur Curatela legitima Majorænnitatis adæptione, regulariter sc. XXV. annis completis, qui tamen terminus in multis Familiis Illustribus coarctatus: vi enim
A. B.

A. B. tit. 7. Electores anno XVIII. completo majores fi-
unt, quod tamen non extendendum ad aliorum Prin-
cipum filios, ut faciunt COTHMAN. Vol. 3. Resp. 42. 53.
BRUNNEMANN. l. 3. C. ad quand int. vel curat. esse def. n. 6. Vigo-
re specialium Privilegiorum Gentilium citius majoren-
nitatem consequuntur Archi Duces Austriae, LIMN. ad A.
B. C. 7. §. 2. Obl. 27. Principes Anhaltini. LIMN. in Iur.
Publ. L. 3. Cap. 7. n. 41. Domus Hassiaca Darmstad. SCHIIZ. vol.
1. disp. 7. th. 16. Lit. B. Duces Brunsvigo-Lunenburgenses;
Olim Duces Pomeraniae; Serinifs. Wirtemberg.
Duces per Testamentum Eberhardi III. gloriosae
memoria ab Imperatore confirmati: Comites Ortenbur-
genses MÜLLER ab EHRENB. de Statib. Imp. Cap. 29. vid. ARUMÆ. in
Iur. Publ. disc. 4. th. 15. RUMELIN, ad A. B. P. 1. diff. 7. th. 10.

XVIII.

Hactenus de jure, quod agnatis competit ratione tutelae
vel curae gerendae in feudis, nunc in quantum jure succes-
sionis in iisdem gaudeant, videbimus. Diximus autem su-
pra Posit. XI. in latiori significatione J Civilij Agnatorum
nomine etiam eos, qui in linea ascendente Vasallo sunt
conjuncti, venire, regulariter verò ascendentium nulla
in feudis est successio, 2. F. 50. Liberis enim & posteris suis
ex sanguine ipsius legitime natis, masculis imprimis, Va-
sallus feudum acquirens prospicere voluisse praesumitur,
non ascendentibus, arg. 2. F. 18. j. 1. F. 13. 2. F. 34. §. 2. quae
ratio à natura concessionis & acquisitionis feudi petita
preferenda Jani ab Arcedura rationi à favore consolida-
tionis petitae, quam suam quodammodo facit STRUV. cap.
9. th. 3. num. 1. Et quod dictum est Ascendentes à succes-
sione Feudorum excludi, non solum de Feudo novo, sed
etiam de antiquo est accipiendum, tum ob generalitatem
text. 2. F. 50. cum quod Feudi quoque paterni haec sit natura,
ut

ut à Parentibus defunctis jure successionis ad filios perveniat 2. F. 11. & sic fieri nequeat, ut retrogrado ordine à descendentes ad ascendentes revolvatur. ZAS. p. 8. n. 2. Habet tamen illa regula plures quoad utrumque feudum exceptiones relatas à STRUVIO, d. c. 9. th. 3. LUDWELL. *tr. de success. feud. cap. ult. pag. 298. seqq.* Dn. STRYK. *Ex. 1. F. cap. 16. qu. 2. 3. 4.* ex quibus casibus specialibus exceptis perperam exruit generalem regulam in contrarium ROSENTHAL. *cap. 7. concl. 14. n. 9.* rectè ob id notatus à BOCERO, *de success. feud. q. 2. in f.* SCHILTERO, *de natur. success. feud. c. 2. §. 4.* In strictiori significatione hinc agnatorum nomine veniunt Vasallo defuncto ex latere per paternam lineam juncti, unà cum ipso à primo acquirente descendentes.

XIX.

Unde patet in Feudo novo, Neuen Lehen/ quod quis ipsemet primùm acquisivit, vel quod consistit in persona primi acquirentis, hujus agnatis collateralibus jus succedendi minimè competere, quod in tantum procedit, ut nec fratres sibi invicem succedant in feudo novo, etiam si de feudo simul vel communiter investiti sint 1. F. 1. §. cum vero, 2. 1. F. 14. *vers. si duo fratres.* 2. F. 12. *pr.* nam simultanea investitura jus succedendi per se jure communi Feud. Longob. non tribuit. BEYER. *ad SCHNOBEL, Disp. 7. th. 8.* nisi in pacto investituræ adjecto id specialiter fuerit cautum, ut in Feudum illud, quod quis de novo acquisivit, fratres, sive alii ejus agnati succedant. 1. F. 1. §. 2. 1. F. 3. *in fin.* 1. F. 20. 2. F. 12. 18. 2. Aliud obtinet si ex fratribus cohabitantibus alter, Domino sciente, de communibus bonis seu communi pecunia feudum comparaverit. 1. Feud. 20. ROSENTHAL. c. 7. *concl. 59. num. 6.* ad dissentientium objectiones responderet LUDWELL. *de success. feud. cap. ult. pag. 308. seq.* 3. Si propria sua pecunia

nia alter cohabitantium fratrum utriusque nomine, Domino id sciente, feudum acquisiverit, *d. ix. l. F. 20.* si nempe fratres tempore acquisitionis in communione steterint & in ea frater succedere cupiens ad mortem Vasalli permanserit. RITTERSHUS, *Partit. Jur. Feud. lib. 1. c. 16. q. 2.* ROSENTHAL, *d. concl. 59. n. 7-4.* si duo fratres communibus equis & armis in hostem pro Domino pugnantes feudum aliquod promeruerint. *d. 2. F. 20. 2. F. 12. 5.* Si cuilibet fratrum feudum novum in solidum datum, nam & tunc alterutro sine liberis mortuo Feudum ad alterum vi taciti pacti devolvitur, *2. F. 18. 6.* Si feudum novum Jure Feudi antiqui concessum, nach Art und Eigenschaft eines alten Stammlehens/ ita, ut quamvis in se quoad causam & originem revera novum sit, in effectu tamen & ratione juris pro veteri s. antiquo habeatur, ejusque vim & potestatem consequatur, hinc non extantibus liberis primo acquirenti agnati collaterales in feudo hoc novo jure antiqui concessio succedere possint, arg. *1. F. 14. 20. STRUV. c. 3. th. 3. MYNS. 4. Obs. 84. §. 6. O. 6. GAIL. 2. O. 50. ibi GREVEUS,* modo Vasallus acquirens illud contentiente Domino non alienaverit, quod in præjudicium agnatorum facere potest, secus ac si feudum revera natura vetus sit, hoc quippe Vasallus sine consensu agnatorum alienare nequit. *2. F. 39. STRUV. d. th. 3. n. 2. 3. GREV. d. l. n. 2. CASPAR. ANTON TESSAUK. in addit. ad Patris dec. 146. STRYK c. 3. q. 8. 7,* si statutum vel consuetudo iis successionem in feudo novo concedat. vid. EYBEN *in Elect. Jur. Feud. cap. 7. §. 13. p. 137.* quibus casibus 8. Dn. STRYK *c. 16. q. 9.* hunc addit, si Princeps duobus fratribus feudum præsertim proprio motu donaverit, in quo altero decedente alterum succedere ait, juxta dispositionem *l. un. C. si liberal. imp. soc. sin. hered. decisif.* quam etiam in

in feudo obtinere commun. afferunt BRUNNEM, *ad. d. 2. n. EYBEN Elect. 1. F. c. 6. §. fin. CLAR §. feudum q. 77. SCHRADER p. 7. c. 1. n. 11. & alleg. ROSENTH, c. 6. concl. 74. Dissent. CORNEL. SCHWANENBERGER, de iur. accresc. cap. 8.*

XX.

Circa ealum primum exceptum controversatur. Num pacto illo fratris etiam liberi intelligantur vocati, si de fratre solum sit conceptum, an vero cum persona fratris pactum expiret? JACOB. DE S. GEORGIO, SCHRADER, p. 7. c. 7. n. 3. ROSENTHAL, c. 7. concl. 38. lit. h. BOGER, de success. feud. c. 5. q. 8. LUDWELL, c. 10. p. 220. RITTERSHUS, l. 1. c. 16. q. 3. & quos allegat STRUV. c. 9. th. 4. n. 3. posterius affirmant, moti praesertim ea ratione, quod contra communem feudi novitaturam ejusmodi pactum sit, ideoque restringendum. At cum pacto vel contractu fratrem hic succedere statuamus, contrahentes verò heredes quoque, licet eorum non fecerint mentionem voluisse comprehendere credantur tam de jure feudali quam Civili l. 9. de probat. l. 8. §. 4. de pignor. act. 2. F. 182. Fratrem fratri succedere non sit contra formam, sed saltem regulam feudi, quam supplet pactum, & liberos fratris admitti nulli dubitamus cum STRUV. d. l. num. 3. RHETIO, Comment. ad ius Feud. Comm. p. 101. BEYER, ad SCHNOBEL, Disp. feud. 7. th. 13.

XXI.

In Feudo autem antiquo, *altväterlichen Stamm* / *Stem* / quod à Parentibus vel majoribus acquisitum & per successionem propagatum est, deficientibus descendentibus ultimò defuncti Vasalli agnati collaterales, unà cum ipso à primò acquirente descendentes, omninò succedunt; 2. F. 11. 2. F. 31. Et si autem hos non ut agnatos, sed tanquam liberos primì acquirentis ad successionem vocat

vocati & succedere, siq; proprie nullam agnatorum sive collateralium, sed tantum descendendum successionem in Feudis esse existunt HOTTOMANN, *Disp. Feud. c. 9.* GIBBAN. *c. 12. n. 48.* SCHNOBEL *Disp. Feud. 7. th. 8.* VULTEI *lib. 1. c. 9. n. 208.* Attamen cum non tantum primi acquirentis, sed vel maxime quoque agnationis & proximitatis inter ultimum defunctum Vasallum, cui succeditur, & eum, qui ad successionem admitti contendit, intercedentis ratio habeatur, non malè Feudista hætenus communiter & collateralium successionem aliquam in feudis antiquis agnoscent, quia licet primi acquirentis descendentes esse oporteat, qui ad successionem aspirare volunt, ultimo defuncti Vasalli tamen collaterales sunt & hinc ex latere venire & succedere expressè dicuntur 2. F. 50. LUDWELL *in synops. c. 10. pag. 217. & tr. de success. feud. c. 4. pag. 201.* RITTERSHUS *lib. 1. cap. 13. q. 1. & cap. 16. q. 1.* CARPZOV. *Disp. feud. 5. th. 36.* SCHULTZ *synops. Jur. Feud. c. 8. n. 119.* STRUV. *cap. 9. th. 4. inf. BITSCH ad d. ix. 2. F. 50. notab. 6.*

XXII.

Cum diximus in Feudo veteri Vasalli defuncti agnatos à primo acquirente sanguinem trahentes succedere, pro feudo veteri quoque habemus 1 illud, quod remotior agnatus in prima vel simultanea investitura comprehensus, consensu proximiorum agnatorum, emit nam etsi aliàs feudum antiquum in persona novi emptoris extranei novum esse incipiat. *arg. 1. F. 5. S. præterea KLOCK tom. 2. Conf. 10. n. 18 seq. ibique allegati.* aliud tamen est in feudo à remotiori agnato cum proximiorum consensu comparato, hoc enim tum antiquum feudum manet, quia huic per primam investituram jam prospectum, & ita nullum novum beneficium à domino accipit, cum ipsum jam in prima investitura præ aliis elegerit, & sic anticipat

tantum successionem per intervenientem emptionem argo
 2. F. 26. §. Titius. GOTHOR. ANTON. *Disp. Feud. 1. th. 5. lit. b.*
 n. 5. FACHIN. 7. *contr.* 10. 2. similiter & illud, de quo fi-
 lius paterna hereditate abstinens agnatorum jura sua
 sibi integra reservantium consensu de novo investitus est,
 etsi enim hoc in persona filii illius novum fiat. 2. F. 45.
 respectu tamen agnatorum, qui per pactum Jura sua re-
 servarunt, antiquum manet, hinc casu eveniente ad suc-
 cessionem ex prima investitura sibi competentem omni-
 no admittendi sunt. STRUV. c. 3. th. 2. n. 5. 3. non mi-
 nus & illud, quo Vasallus ob culpam privandus erat, cul-
 pa vero à Domino ei ex gratia remissa, non tantum si re-
 missio ante causæ cognitionem, ante laram sententiam
 declaratoriã vel priatoriam, aut hanc quidem laram, non-
 dum tamen executioni mandaram, sique ante feudum
 ipsi ablatum facta fuerit, quo casu indubie feudum anti-
 quum manet, LUDWELL *rr. de divis. feudor. c. 2. pag. 55.*
 sed etiam si culpa in Dominum commissa post feudum
 ablatum per restitutionem à Domino factam remittatur,
 ita, ut Vasallum de feudo ablato iterum investiat, quia
 licet posteriore casu ratione Vasalli novum fiat feudum,
 ratione agnatorum tamen antiquum manet. STRUV. c. 3.
 th. 2. n. 4. STRYK. c. 3. q. 20. & *Disp. de culpa Vasallo remis-*
cap. 4. n. 45. seq. 4. quod noviter quidem acquisitum jure
 veteris tamen concessum est, inter quod & feudum re-
 vera antiquum ratione agnatorum intercedens notabilis
 differentia th. præcedenti jam notata. Dico *ratione agna-*
torum, nam ratione Domini nihil interest inter feudum
 natura vetus & pacto vetus.

XXIII.

Inter feudum vetus & paternum nullam agnoscimus
 differentiã, sed promiscue & synonymice illa accipi, & ut

trumque feudo novo opponi dicimus, per *trix. 2. F. 11. 12. 14. 15.*
 50. Quale vero in dubio feudum præsumatur, novum ne an
 antiquum? per distinctionem, num *Dominus, vel agnatus, aut*
neuter feudum possideat, resolvit Dn. STRYCK *cap. 3. q. 21.*
 22. quæ tamen distinctio non omnibus placet, sed sunt,
 qui existimant distinguendum, ut ubi præsumptio mili-
 tet pro novitate feudi, alleganti esse antiquum, onus
 probandi incumbat, ubi verò præsumptio stat pro an-
 tiquitate, probare debeat is, qui feudum novum esse asserit,
 minusque recte distingui inter possidentem & non pos-
 sidentem, cum etsi unus possideat, si tamen præsumptio
 in alterius favorem miliret, oporteat sane possessorem
 onus probandi in se recipere, & ita intentionem alterius
 in præsumptione fundatam elidere. Ita ex ALVAROTTO.
 & aliis FULV. PACIANUS *de probat. lib. 3. cap. 38. n. 13.* ME-
 NOCH. *lib. 3. præf. 93. n. 11. in fin.* Retenta autem distinctio-
 ne priori, ea intelligenda, si possessio Domini non sit vi-
 tiosa, sed legitima & bona fide acquisita, alias enim per-
 inde est, ac si non possideret, uti ex sententia CURTHI SENI-
 ORIS, quem ita consuluisse asserunt tradidere CRAVETTA. *de*
antiquit. tempor. part. 5. n. 7. MENOCH. *d. præf. 93. n. 1.* RO-
 SENTHAL *cap. 2. concl. 31. n. 3.* CHEMNIT. ap. BRUNNEM. *con-*
fil. ult. n. 164. seq.

XXIV.

In asserta Agnatorum s. Collateralium successione
 primum locum sibi vindicant Fratres defuncti Vasalli
 non tantum Germani, sed etiam Consanguinei, nec il-
 li præ his prærogativam habent, sed hi cum istis simul ad-
 mittuntur, quia æque sanguinem à primo acquirente tra-
 hant & agnati sunt, ac utroque vinculo muniti *l. fin. §. in-*
ter agnatos ff. de gradib. 2. F. 11. FINCKELTHUS. *Disp. feud. 6.*
cap. 35. BOGER *de success. feud. cap. 5. q. 14.* LUDWELL *de suc-*
cess.

Feud. feud. cap. 4. p. 209. GALL. 2. O. 151. SCHULZ. in Synops. c. 8. n. 138. ubi limitat. Uterini autem repelluntur, nisi feudum sit Fœmineum & Maternum, in quo utique ipsi succedunt & consanguineos quoque excludunt. Sic ponamus Titium defuncta prima conjuge sua Seja, postquam ex ea duos filios Sempronium & Claudium, duxisse Tulliam viduam, quæ ex priori, in quo vixit, matrimonio itidem duos filios Cajum & Mevium habet, & habet quoque feudum femininum. Titius cum Tullia deinde generat etiam duos filios, qui respectu Caji & Mevii sunt fratres uterini, & tamen succedunt in feudo illo, exclusis quoque Sempronio & Claudio, fratribus consanguineis STRUV. *cap. 9. th. 6. n. 2. RITTERSHUS. l. 1. cap. 16. q. 5.*

XXV.

Fratres si soli sunt in capita succedunt, si vero cum iis concurrunt fratrum prædefunctorum germanorum vel consanguineorum filii, hi jure repræsentationis in stirpes admittuntur 2. *Feud. 11. Nov. 118. c. 3.* sive hereditarium sit feudum, sive ex pacto & providentia, (in quo fratrem filii fratrum præferri traduntà COVARRUVIA. *Quæst. Pract. 38. num. 13.* & MENOCH, *Conf. 200. n. 62.* & *Cons. 498. num. 19. 20.* magno numero allegati, quibus accedit VULTEJ. *l. 1. c. 9. n. 220.*) tum quod generaliter traditum sit, fratres cum fratrum præmortuorum filiis succedere *all. text.* adeoque generaliter id etiam accipiendum, præsertim cum in dubio feudum potius ex pacto & providentia, quam hereditarium præsumatur, tum quod idem Jure Civili obtineat *alleg. Nov.* cui tamdiu in hærendum, donec de Jure Feudali contrarium probetur. Nec movet, quod in feudis pactionatis non jure hereditario, sed jure sanguinis succedatur, quo proximior sit frater fratrum liberis s. filiis. *¶. enim fratrum liberos s. filios* hic

hic non ex sua persona, sed patris defuncti estimari, cuius locum intrant. *d. Nov. 118. c. 3.* quod & in successione feudali locum habet, per *ix. l. F. §. pr. l. F. 19. §. ult.*
 LUDWELL. *de success. feud. pag. 210.* DN. STRYK, *de success. ab intest. Disp. 3. c. 2. th. 2.* BOGER. *de success. c. 5. qu. 15.*
 PRUCKMANN. *Conf. 20. n. 197. ZAS. p. 8. n. 17.* qui id non habere dubium affirmat, & extra controversiam esse dicit MYNS. *3. O. 94.* ipseque dissentiens VALTEIUS *d. l.* hanc sententiam per universam Germaniam usu observari testatur.

XXVI.

Si fratrum filii soli sint, dispari numero, forte ex primo tres, ex secundò quinque, in capita tamen succedunt, vi Constitutionis Caroli V. Imp. in Comitibus Spirensibus anno 1529. lata & promulgata *sub tit. Kayserlich Constitution Säkung / wie Brüder und Schwester Kinder ihres Vaters Druder und Schwester verlassen Erbschafft unter sich theilen solle* quæ & in causis feudalibus recepta, teste MYNS. *3. O. 94.* LUDWELL. *syn. c. 10. p. 227.* & *de success. feud. c. 4. p. 212.* STRUV. *c. 9. aph. 6. in f. FINCKELTHUS, D. 6. c. 36.*

XXVII.

Post fratres eorumque filios, reliqui admittuntur Agnati omnes, à primo acquirente descendentes, juxta gradus prærogativam, ita, ut proximiores excludant remotiores, pares autem gradu pariter & æqualiter admittantur in Feudis dividuis. *2. F. 11. 2. F. 50. 1. F. 14.* uti enim Jure Civili agnatus defuncto proximior exclusis remotioribus solus succedit *Nov. 118. c. 3.* ita quoque moribus feudalibus proximior defuncto gradu remotiorem excludit *d. text. 2. F. 11. 50. & 2. F. 37.* ubi diferte scribitur, non modo proximiorum anteferri, sed & ordinem gra-

gradus, qui continetur in Legibus, observari oportere, nec proximioribus per pacta aut conventiones etiam jus succedendi adimi & ad remotiores devolvi potest, SCHRADER p. 7. c. 2. num. 2. 3. TIBER. DE JIAN. vol. 1. Resp. 17. MENOCH. Conf. 103. n. 68. Ex adductis textibus autem simul ad oculum patet, proximitatem hic non ex persona, sed ex re acquirentis, ut vult HOTTOMANNUS, Diss. Feud. c. 19. & alii citati EYBENIO in Elect. Iur. Feud. c. 7. §. 8, p. 127. sed ultimo defuncti Vasalli æstimandam esse, si enim proximitatem primi acquirentis, non Vasalli ultimo defuncti, respiceremus, liberi fratri ejusdem, utpote qui illis gradu proximior primo acquirenti, non præferentur, quod tamen fieri constat ex 2. F. 11. & 50. sequitur ergo proximitatem non ad primum acquirentem, sed ultimo feudum possidentem referendam. Quam sententiam verissimam dicit SCHRADER p. 7. cap. 7. n. 19. pluribusque confirmat idem vol. 1. Conf. 3. n. 73. & 341. & esse communem atque indubitam, contrariam verò absurdam affirmat ROSENTHAL. cap. 7. concl. 57. n. 10. VULTEJ. l. 1. c. 9. n. 283. § 99. ubi notat pro hac sententia respondisse JCtos Francoturtenses, Ingolstadienses, Marpurgenses, Helmstadienses, eamque pluribus stabilit HARTM. PISTOR. l. 3. q. 23. refulentis contrariis. Hinc eidem subscribunt BOGER cap. 5. q. 16. LUDWELL. cap. 10. p. 222. seq. & in tr. pag. 215. EYBEN in Elect. c. 7. §. 8. n. 15. & §. 10. 12. SCHILTER de natur. success. c. 3. §. 8. STRUV. c. 9. tit. 7. STRYK. c. 16. q. 17. qui itidem bene monent, quod proximitas illa non tantum ratione gradus, sed vel imprimis ratione lineæ sit æstimanda, adeo, ut, si Vasallus plures filios reliquerit, sique bona paterna ita inter se dividerint, ut feudum aliquod ad unum illorum pervenerit, ejus (scil. filii & respectivo fratris) lineæ, quamdiu duraverit, censetur esse proximior, &

& praeferatur lineæ alterius fratris, 2. F. 50. *in fin.* ibi BITCHER.
 linea vero illius deficiente ad stipitem proxime sequen-
 tem iterum recurratur & ita consequenter, ut sic primum
 semper de linea, postea vero de gradu sit laborandum.

XXVIII.

Computandi sunt Gradus in Successione Feudali
 non secundum Jus Canonicum, uti voluit HORTIO-
 MANNUS, *Disp. feud. c. 9. ac ad text. l. F. 17.* & cum secu-
 tus HARTM. PISTOR. *l. 2. q. 19. n. 8. & l. 3. q. 23. n. 17.*
 FACHIN. *7. controv. 26.* GIPHAN. *de feud. c. 12. n. 4.* à qua
 sententia nec abenus videtur RITTERSHUS. *lib. 1. c. 12. q.*
8. sed secundum Jus Civile arg. 2. F. 37. add. 1. F. 1. §. 4. 1. F. 8.
2. F. 26. §. Si Vasallus, 2. F. 31. ROSENTHAL. c. 8. Conclus. 57.
n. 9. 10. afferens hanc sententiam usu & consuetudine pla-
 ne universali corroboratam & munitam ac à Camera Imp.
 observari solitam nunquam ante hæc nostra tempora in
 dubium vocatam fuisse, quam & CHRISTINÆUS. *vol. 6.*
dec. 55. abhinc 54. annis, quibus tanquam Advocatus &
 Consiliarius in Praxi versatus sit, Curias supremas tam feu-
 dalis, quam alias semper in judicando, absque ulla contra-
 dictione securus fuisse testatur. Eam igitur etiam sequun-
 tur STRUV. *c. 9. th. 9.* LUDWELL. *syn. c. 10. p. 224. & tr. de*
success. F. pag. 217. FINCKELTHUS. *Disp. 6. contr. 38.*
 RHETIUS, *in comm. lur. Feud. p. 128 seq.*

XXIX.

Quousque vero seu ad quem usque gradum Agna-
 torum collateralium successio protendatur, anxie inqui-
 runt DD. seu videre est ap. ROSENTHAL. *c. 7. concl. 56 n. 1, &*
n. 14. seqq. Nos cum SCHRADERO. *p. 7. c. 7. n. 8.* CARPZOV.
Disp. Feud. §. th. 40. STRUVIO, *c. 5. th. 7. n. 1.* FINCKELTHUSIO
Disp. feud. c. 37. LUDWELL. *c. 10. p. 228. & tr. de success.*
Feud. c. 4 p. 221 sq. RITTERSHUS. *l. 1. c. 16. q. 17. eam in*
 D
 infi.

in finitum extendi, veritate Juris inspecta, nulli dubitamus
per text. 2. F. 50. ubi ex latere venientes omnes in infinitum
 admittuntur. 2. F. 31. 2. F. 92. Eoque jure non tantum
 Germanos, sed & Belgas uti testatur GERHARD. FELT-
 MAN. *de feud. cap. 10. th. 7. n. 8.* (si excipias Hollandos qui
 ultra decimum gradum neminem admittunt, NEO STAD.
de Feud. Holland. success. c. 5. n. 77.) Et ita, quotidie in Scabi-
 nariis pronuntiari, daß ungeacht Er weiter als in ge-
 henden Grad/ und die Succession in die Seiten Linien ge-
 rathen in dem Lehen billich folge/ testatur SCHULTZ *in Synopsi*
Jur. Feud. c. 8. n. 155. Et quamvis SCHUREFIUS, *cent. 1. cons. c. 6.*
 in Ducatu Pomeraniae ex inveterata consuetudine rece-
 ptum esse tradat, ut Agnati collaterales ad feudorum suc-
 cessionem non admittantur ultra septimum gradum,
 atramen ipsum in eo, quod sententiam illam magis com-
 munem esse inquit, pessime falli scribit ROSENTHAL *cap. 7.*
concl. 56. gl. f. & traditionem illius veram non esse asserit,
 JACOB, KLEIST, Nobilis Pomeranus *dec. 2. post. Feudal. 7.*
 atq; in illa ipsa causa, de qua citatum illius Consilium agit,
 der Behren in Vor, Pommern unter dem Amt Bartz ge-
 fessen/ contra Ducem Pomeraniae in Camera Imp. anno
 1536. 16. Novembr. contrarium judicatum, teste CHEM-
 NITIO ap. BRUNNEMANN. *Cons. ult. n. 228.* Neque asserto
 nostro obstat *text. 2. F. 52. S. Satis bene dispositum, in fin.*
 detur colligendum esse, regulariter id ita non esse, sed
 tantum, quando expresse conventum est, vel rati-
 te actum cum JACOBO DEBELVISTO, & BALDO *ibid.* respondent
 ALVAROTTUS, SCHENCK, Baro *ibid.* Subaudiendam particulam
maxime, hoc sensu, quod successio collateralium quidem
regulariter in infinitum procedat, etiamsi hoc non fuerit
actum, maxime tamen ita procedere, si id fuerit actum
 BIRSCH.

BIRSCHIUS, autem *ibid.* respondet, verba illa supposititia & adulterina esse, quæ non legantur 2. F. 93. ubi totum istud capitulum repetitur, habentur tamen in antiquissimis MSS. collectionibus *jur. Feud.* & in ANTON. MINICCIJ compositione ejusd. *lib. 2. tit. 6. pag. m. 44. 45. 2.* verba ea quoque referri posse ad superiora nec ad proxime præcedentia de successione in infinitum necessario referenda esse, quasi dicatur alterius factum, qui feudum suum pro ligio accepit, non oberit alteri, si hoc actum erit, ut id feudum non esset ligium.

XXX.

Distinguunt in hac quaestione BORCHOLD. *de feud. cap. 7. p. 2. n. 93.* GOTHOFER. ANTON. *Disp. 5. th. 7. lit. k.* OBRECHT. *lib. 2. c. 16. n. 43. seq.* MYNSING. 2. *Obs. 95.* & ibi FABRIC. GAIL. 2. *O. 150.* ibi GRÆVÆUS, & FABRICIUS VULLIÆ. *l. 1. de Feud. c. 9. n. 27.* an Feudum à primo acquirente semel ad descendentes pervenerit, & ab his ad agnatos collaterales devolvatur, & tum hos in infinitum admitti concedunt, an verò Feudum à primo acquirente ad descendentes nullum transitum fecerit, sed statim vel ex pacto vel ex qua alia causa jure recepta, (vid. SCHRADER, *p. 7 c. 7.*) ad collaterales pervenerit, & tunc eos saltem ad septimum gradum inclusive admitti volunt. Hancque sententiam in Camera Imp. receptam tradunt MYNSINGER. & GAIL. *cit. loc.* imo eam generali Germaniæ consuetudine probatam asserit VULTIUS, *d. l.* Sed in Jure Feudali certè fundamentum nullum habet hæc distinctio, nec necessaria est ad conciliandum textum 2. F. 50. similesque cum textu 1. F. 1. §. *hoc quoq. sciendum.* 1. F. 8. qui loci longe commodius de jure veteri explicari possunt, quam aen de causa ad eam distinctionem Dd. confugerunt. vid. BIRSCH. ad 2. F. 50. *notab. 9.* In puncto Juris ergò præcedenti positione propositam sententiam veriolem esse nulli dubitamus, eaque

in Régis, Electoribus & Principatibus etiam receptum est. Exemplum illustre extitit superiori seculo in Gallia, ubi HENRICUS IV. BURBONIUS HENRICO III. ex familia Valesiorum ultimo succedens vigesimo primo ab eo distitit gradu. GUEDELIN. *de feud. p. 3. c. 2. n. 8.* in Electoratu Palatino Carolo ex linea Electorali Palatina ultimo anno 1685 defuncto succedens PHILIPPUS WILHELMUS, Comes Palatinus Neoburgicus 16. gradu ab eo distitit.

XXXI.

Agnatus repudiata hereditate defuncti Vasalli retinere feudum & in eo succedere potest, Filius non item, sed hic vel utrumque retinere vel repudiare debet. 2. F. 4. §. 1. §. filius. ratio est, quod filius, qui esse suum à patre habet & mediante persona Patris ad Feudum pervenit, ac una quodammodo persona juris fictione cum eo est. *l. fin. C. de impub. & adultis substit.* hunc honorem debeat Patri, ut ejusdem hereditatem licet onerosam adeat potius, quam ut repudiando eam publice vendi à creditoribus cum injuria defuncti Parentis patiatur arg. §. 1. *Inst. qui & ex quibus caus. manum.* Quæ ratio cum in Agnato cesserit, utpote qui tam strictè honorem Agnati defendere non tenetur, mirum non est si & alia sit Juris feudalis quoad ipsum decisio *dd. txx. STRUV. c. 9. th. II. LUDWELL. tr. de success. feud. c. 1. pag. 132. seq.* frustra hanc differentiam quoad Feudum ex pacto & providentia tollentibus & filio aequè ac Agnato jus succedendi in feudo ex pacto & providentia concedentibus, licet repudiet hereditatem paternam ALEXANDRO *vol. 5. Conf. 74. n. 4. 6. PINELLO in l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 85. MYS. 3. 0. 67. n. 5.* Non enim textus illi se patiuntur restringi ad feudum hereditarium, sed potissimum de Feudo ex pacto & providentia sunt intelligendi, quia hoc proprium est, de quo in dubio textus in genere de feudo loquens

res accipiendi, quod pluribus evincit HARTM. RISTOR.
lib. 2. q. 2. n. 10. seqq. quin & respectu feudi hereditarii inter
 filium & agnatum non est differentia arg. *l. 1. ff. de
 acquir. vel. amitt. hered.* Notabilem limitationem habet
 CARPZOV. *p. 2. c. 47. d. 8.* quod filius repudiata Patris he-
 reditate feudam retinere possit, si hoc filii intuitu Patri,
 vel una cum Patre filio in specie concessum fuerit.

XXXII.

Insignis quaestio est: An Agnatus in feudo heredi-
 tario successurus defuncti Vasalli heres etiam necessario
 esse debeat, & ita minime succedere queat, quando heres
 esse non potest, quia defunctus Vasallus alium heredem
 in testamento instituit? ita quidem tradunt magno nume-
 ro allegati à MART. CHEMNITIO ap. BRUNNEMANNUM *Con-
 sil. ult. n. 62. seqq.* Sed contrarium indubie verius est. Ini-
 quum enim foret Agnatum, qui heres quidem esse
 non renuit, sed quoniam hereditas ipsi delata non est,
 heres esse nequit, absque omni sua culpa feudi suc-
 cessione privari. arg. *l. 7. C. de his quibus ut indign. l. 16.
 in f. C. de inoff. testam.* Et apertissima esset via fraudibus,
 posset enim Vasallus semper instituire heredem extra-
 neum, & ita pro lubitu proximiores agnatos bonorum
 feudaliu[m] successione defraudare. *land. CHEMNITIUS
 d. Conf. n. 358. seqq.* ubi plures in hanc sententiam allegat,
 eamque comuniorem ait, quod ex consuetudine Germa-
 nia & ZASII testimonio confirmat *GAIL 2. Obs. 154. n. 18.*
 eique subscribit *KLOCK vol. 2. Conf. 17. n. 144. seqq.*

XXXIII.

Illi qui ut Agnati in Feudis succedere volunt, si
 non satis constet, an à primo acquirente descendant
 vel non, tenentur id probare, vel per testes, etiam
 domesticos, *MASCARD, de prob. Concl. 69. n. 1. & 2. & Con-*

sanguineos JOH. ANDRE. de *Consang. & affin.* n. 92. vel per
 Instrumenta. MASCARD. *Concl.* 411. n. 21. imprimis in Ar-
 chivis publicis reperta. NATTA, *Concl.* 636. n. 41. 91. vel libros
 genethliacos GAILL. 2. O. 149. n. 7. 8. MYNSING. 5. O 79.
 non vero sufficit, si doceant se eodem nomine & com-
 muni Insigni gaudere, nisi Consuetudo istius loci pro ip[s]is
 militet *Rhet. Comm. Jur. feud. L. 1. tit. 1. vers. & ut frater fratri*
 n. 4. quamvis ratione adipiscendæ possessionis multū pro-
 desse possit. *Rhet. d. l. n. 5. ROSENTH. c. 2. concl. 29. add. KNIESCHILD.*
de fideicomm. famil. Nob. c. 14. per tot. sub contentione de pro-
ximitate qua successionem defendendi sunt possessores, &
quandiu de cæteris successionem prætentibus proxi-
mitas non perinde liquida est. MEY. part. 3. dec. 135. BRUNNE-
MANN. ad. l. 23. de acq. vel amitt. poss. n. 6. alias tamen in con-
tentione super Jure successionis contra alios agnatos
possessores solâ agnationem probasse non sufficit, sed gra-
dius proximioris probatione opus est MEY. d. p. 3. dec. 137.
 CHEMNIT. ap. BRUNNEM. *conf. ult. n. 17. seq. n. 476. seqq.*

XXXIV.

Constat feudum antiquum in præjudicium agna-
 torum ex prima investitura jus quæsitum habentium à
 Vasallo alienari non posse 2. F. 39. si ergo sine eorum con-
 sensu alienatum sit, ipsi ex duplici capite illud revocare
 possunt, nempe vel jure protimiseos seu retractus, vel ju-
 e delatæ successionis.

XXXV.

Jus protimiseos & jus retractus communiter, con-
 funduntur, proprie autem ita differunt, ut Jus protimi-
 seos præsupponat contractum, alienationis eum alio sal-
 tem cceptum, nondum autem perfectum, si nempe proxi-
 mior ut feudum alteri vendendum sibi eodem pretio
 quod alius solvere paratus est, iisdem terminis & condi-
 tionibus

tionibus vendatur, petat. Jus retractus autem contractum jam perfectum & feudum in alium jam translatum præsupponat, quippe quod retrahens refuso emptori pretio quod ipse dedit, ab eo revocat. DN. STRYK. *cap. 20. §. 3. 4.*

XXXVI.

Permissum est Jure retractus feudum venditum in suum usum revocare Agnatis non promiscuè omnibus, sed proximioribus, qui ut in succedendo, sic & in alienato feudo revocando remotioribus præferantur 2. F. 3. §. 1. 2. F. 9. §. 1. *in fin. 2. F. 26 §. Titius. VULTEJ. l. 1 c. 11. n. 96.* si plures sint proximiores & in unum vel alterum ex illis feudum fuerit alienatū, aut si aliqui ex proximioribus in alienationem in extraneū factam consenserunt, reliquis ejusdem gradus, qui non consenserunt, id non est præjudicio, sed utrique tam præteriti, quam non consentientes, ad feudi revocationem admittendi sunt, non quidem in solidum, sed pro sua quisque portione, quia omnibus æquale jus est. ROSENTHAL. *c. 9. concl. 81. n. 2. 2. §.* Si a proximior agnatus retrahere aut nolit, aut non possit, vi Edicti successori sequens in gradu ex remotioribus ad redemptionem admittitur, vivente licet proximior in alienationem consentiente, post SCHRADER, ROSENTHAL. aliosque GOTHOF, ANTON *Disp. 10. th. 5. lit. d. STRUV. c. 13. th. 20. CARPZOV. p. 2. c. 49. d. 7.* ubi dissentienti HARTM. PISTOR, respondet & præjudicio Scab. Lips. hanc sententiam confirmat. Ex quo patet, ad hoc, ut retractus jus competat, necesse non esse, ut retrahere volens tempore alienationis factæ proximior fuerit, sed sufficere, modo tempore, quo revocat, nemo sit, qui ipsum antecedit arg. *l. 77. §. 27. de legat. 2.*

XXXVII.

XXXVII.

Competit jus retrahendi adversus eum, in quem Vasallus feudum alienavit, præcipue emptorem extraneum, ejusque heredem, imo si ab his rursus alienatū sit, adversus quemcunque possessorē. Siquidem actio ex hoc jure resultans etsi personalis, in rem tamen scripta est, ut possessorem sequatur. GAIL 2. O. 19. n. 6. 7. Nec evitabit hanc actionem agnatus remotior in quem feudum alienatum reperitur. 2. F. 26. §. Titius. ROSENTH cap. 9. c. 81. n. 3. Quinimo si ipse Dominus feudi illud emerit adversus hunc proximior Vasalli Agnatus consistere potuit SCHRADER p. 8 c. 7. n. 29.

XXXVIII.

Retractus locum potissimum habet in venditione vel quando pretium intervenit. Hinc primarium ejus requisitum est, ut retrahens justum & integrum pretium offerat & refundat, quod emptor dedit; dd. xxx. etiam si illud justam æstimationem excedat. SCHRADER p. 8. c. 7. n. 7. modò fraus & dolus absit SCHRADER. d. l. RICHTER dec. 76. n. 118. seq. CARPZOV. p. 2. c. 33. d. 2. à quo suspicionibus gravatus se juramento purgabit, CARPZOV. RICHTER dd. ll. num. 122. Restituar itidem sumptus confirmandi contractus causa factos, nummos bibales der Wein. oder Laykauff SCHRADER. d. c. 33. d. 8. RICHTER d. dec. 76. n. 140. Laudemium ab emptore solutū RICHTER. d. l. n. 137. CARPZOV. d. litem impensas necessarias & meliorationes, ita tamen ut modicarum nulla habeatur ratio. CARPZOV. 3. c. 73. d. 7. RICHTER d. l. num. 139. Alterum hujus juris requisitum est, ut exerceatur intra annum, à facta venditione, non subsequuta de muni traditione numerandum 2. F. 9 § 1. 2. F. 26. §. Titius. quod tempus tamen non currit absenti & ignorantis, sed plenam & perfectum contractus notitiam habenti. d. § Titius. XXXIX

GOTHOER. ANTON. D. 10. ib. 6. lit. d.

XXXIX.

Jure delatae successionis ab Agnatis uti rei vindicatione revocatur feudum in illorum praedictum quocunque titulo alienatum, nullo etiam pretio refuso, (quippe ejus ratione emtor regressum suum habet adversus successores allodiales alienantis. STRUV. c. 13. th. 9.) quando successio feudi alienati, defuncto alienante, ejusque liberis, ad ipsos Agnatos devolvitur, sic pariter, ut proximiores in succedendo, excludant & hic remotiores. 2. F. 3. §. 1. 2. F. 9. §. 1. nec hi nisi delata sibi successione, & ita proximioribus defunctis, hoc jure uti possunt. Viventibus enim proximioribus remotiores sicut non succedere, ita nec revocare feudum possunt, cum revocatio haec in jure delatae successionis se fundet. Quod tamen limitamus, si proximiores feudum plane repudiaverint. Hoc enim casu remotioribus sicut jus succedendi, ita quoque revocandi, licet viventibus adhuc proximioribus, defertur. STRUV. c. 13. aph. 17. HARTM. PISTOR. p. 2. q. 16 n. 58. seqq. BERLICH. p. 2. concl. 57. n. 63.

XL.

Hoc jure autem (quo totis 30. annis, à tempore delatae cuique successionis numerandis, uti licet, in quemcunque etiam feudum alienatum reperitur, sive in extraneum sive in remotiorem, agnatū. arg. l. 3. §. 4. C. de praescript. 30. an. STRUV. cap. 13. th. 13. FINGKELTHUS. D. 10. th. 5. LITFER. de feud. imp. c. 23. §. 14. seqq.) feudum revocaturus nec alienantis heredes in allodio factos. arg. l. 14. C. de R. V. l. 149. ff. de R. J. GORHOFR. ANTON. D. F. 10. §. 10. lit. a. nec in alienationem consentisse, aut eam ratihabuisse oportet, arg. 2. F. 26. §. Titius. 2. F. 39. GORHOFR. ANTON. d. th. 6. lit. b. STRUV. c. 13. th. 19. Qui enim contractum consensu suo, sive expresso, sive tacito, (qui non ex sola praesentia & taciturnitate, qua

E

alienationi præsens non contradixit, nec ex eo, quod quis instrumentum venditionis subscripserit, quia hoc tantum testis fecisse præsumitur, colligitur DN. STRYK, *disp. de præsump. Feudal. cap. 5. n. 34. seq.* sed tum demum intervenisse censetur, si ultra præsentiam verbis quibusdam aut facto alienationem sese probare ostenderit, v. lgr. si emptori persuaserit, ut emeret, vel evictionem se præstituram sponderit: *l. 11. C. de evict.* si ipsemet instrumentum vendit, confecerit aut scripserit *l. 26 §. 1. de pignor. & hypoth.* item si præsens emptori manū porrexit ei de feudo empto gratulans PRUCKMANN, *vol. I. Conf. 4. n. 71.* DN. STRYK. *d. h.* firmarunt, non sibi solum, sed & heredibus suis omnem omnino feudi revocandi viam præclusisse intelliguntur. FENCKELTH. *Disp. 10. th. 4.* reliqui tamen ejusdem gradus existentes agnati, qui haud consenserunt in contractum, feudum pro rata revocare haud prohibentur STRUV. *c. 13. th. 19. n. & th. 22. n. 3.* CARPZOV *p. 2. c. 48. d. 4. 5.* nec remotioribus nocet aut ullum præjudicium gignit consensus à proximiori præstitus BERLICH. *dec. 125.* licet nec completa contra proximiorum præscriptio iis obest. STRUV. *c. 13. th. 18. n. 4.* nec tutorio vel curatorio nomine præstitus consensus proprium tutoris vel curatoris jus lædit, sed hoc ei salvum & integrum manet. *arg. l. 26. C. de admin. tut. §. 4. Inst. de Inoff. testam.* HARTM. PLSTOR. *p. 2. q. 7. n. 11.*

XLI.

Si futura venditio proximiori agnato denunciata vel ipse ad emendum feudum requisitus fuerit, id autem facere recusaverit, an nihilominus feudum alii venditum per revocationem recuperare possit, an vero ita recusando in feudi alienationem consensisse, sibi que in revocandi jure præjudicasse intelligatur, non levis momenti quæ-
stio.

stio est? Distinguendum hic censemus: an agnatūs ad emendandum feudum requisitus saltem fuerit & ad factam requisitionem, da ihm das Gut angetragen worden/tacuerit, an verò requisitus expresse dixerit, se emere nolle. Priori casu ad repetitionem feudi, tam vivo alienatore jure retractus, quàm eo mortuo, ex jure delatæ successione agnatum admittendum putamus cum CARPZOV. p. 2. c. 48. d. 6. RICHTER. dec. 76. n. 173. qui Scabios Lipsienses & JCtos Jenenses sic respondisse testantur, add. MEV. p. 3. dec. 324. Posteriori casu agnatum jure retractus feudum revocare posse negamus cum MEVIO p. 2. dec. 253. MOLLERO, ad Const. Elect. Sax. 32. p. 2. num. 17. ibique alleg. WESEMB. CARPZ p. 2. d. 6. 32. d. 1. n. 7. ubi tradunt Agnatum ad Jus retractus semper admitti debere, nisi huic juri vel expresse renunciaverit, vel saltem se emere nolle dixerit, ita ut horum alterum ad excludendum cum sufficiat. Sicque JCtos Witteberg. & Scab. Lipsienses respondisse referunt WESEMB. & CARPZ. d. l. Quod verò attinet revocationem ex jure delatæ successione, illam etiam hoc casu poster. admittendam arbitramur, quia se emere nolle dicens saltem censetur renunciare presenti emprioni, ad quam præ aliis fuisset admittendus, non autem futuræ suæ successione & juribus ab illa dependentibus, quæ sine pecunia & refusione pretii exercere potest.

XLII.

Si Vassallus ob feloniam feudo privatur, hoc, si novum, indistincte, sive feloniam in Dominum sive in extraneum commissa sit, ad Dominum irrevocabiliter redit. 2. F. 24. §. f. 2. F. 38. VULT. lib. 1. c. 11. n. 136. & hanc conclusionem tanquam verissimam ab omnibus receptam esse testatur THOM. DE MARINIS tr. de generib. & qual. feud. tit. 3. n. 25. nisi feudum principaliter vel non minus contemplatione filiorum, quam Patris, ab initio à Domino concessum fuerit, vel ita, ut constet, inentem & voluntatem concedentis fuisse, quod ob Patris delictum filii non debeant privari. VULT. d. l. Si autem antiquum sit feudum, distinguen-

linguendum, an feloniam in Dominum directe vel indirecte commissa, an
 in extraneum. Priori casu feudum ad Dominum revertitur 2. F. 24. §
 fin. 2. F. 37. An vero perpetuo apud eum maneat, an vero duntaxat ad
 vitam Vasalli delinquentis & descendendum ejus (quibus in hoc
 feudo regulariter culpa patris nocet BOCER. q. 3. de modis amitt. feud.
 n. 36. seqq. ubi aliquot limit. HART. PISTOR. l. 2. q. 16.) post ho-
 rum mortem vero Agnatis sit restituendum, scribit inter se digladiantur
 interpretes: Eorum putamus aequiorem & humaniorem sententiam,
 qui posterius defendunt, quia hoc modo satisfit Domino pro ini-
 juria, & agnatis jus suum, quod habent ex prima investitura, confer-
 vatur, in quorum numero STRUV. c. 15. tb. 14. FINCKELTHUS. Obr.
 58. & D. F. 10. tb. 21. H. PISTOR. l. 2. q. 15. n. 32. seqq. OBRECHT.
 lib. 4. c. 9. n. 113. alleg. à BERLICHIO p. 3. concl. 37. n. 22. MEMOCH.
 Cons. 304. n. 35. & Cons. 534. n. 14. REUSNER D. 10. tb. 17. RHEF.
 in Comm. I. F. pag. 239. & 252. STRYCK, c. 23. q. 48. Dissentiunt au-
 tem CARPZOV. p. 3. c. 27. d. 1. BERLICH. d. p. 3. concl. 37. n. 15. 26.
 GAIL. de P. P. tit. 2. c. 13. ubi ab hac sententia dicit in judicando
 non recedendum & secundum eam in Camera judicatum ROSENTHAL.
 c. 11. concl. 5. n. 3. 4. 5. BOCER. de mod. amitt. feud. q. 4. RITTERSUS l. 2. c. 6.
 q. 24. & 29. LUDWELL. in spn. p. 387. Posteriori casu, si in extraneum
 nempe commissa feloniam, Agnatis proximioribus (non ei demum qui in
 quarto vel ulteriori gradu constitutus 2. F. 31. CARPZOV. p. 3. c. 27. d. 2.)
 statim, etiam vivente adhuc Vasallo, feudum deferretur 2. F. 24. §. fin.
 2. F. 37. VULT. l. 2. c. 11. n. 71. STRUV. c. 15. tb. 15.

XLIII.

Commisam autem in se feloniam Dominus tam ante quam
 post latam sententiam declaratoriam vel privatoriam, executioni quo-
 que mandatam, remittere potest irrequisito Agnatorum consensu, quia
 nihil ipsorum interest hoc casu, si Dominus Vasallo gratiam faciat &
 culpam remittat. Sed si in extraneum feloniam commissa, ante quidem,
 non vero post latam sententiam, in agnatorum prejudicium culpam
 remittere potest, cum hi ex lata sententia jus quæsitum
 habeant, feudo ad ipsos devoluto. D. N. STRYCK.

Disp. de Culpa Vasallo remissa. cap.

4. n. 28. seqq.

T A N T U M .



Tübingen, Diss., 1706-09

X 241 8747



I. N. I.
POSITIONES INAUGURALES
Ex Materia
DE

594

17076

JURE AGNATORUM IN FEUDIS,

QUAS
Divina Favente Clementiâ,
Indultu

MAGNIFICI ET NOBILISSIMI ICTORUM ORDINIS
In Illustrissima EBERHARDINA,
P R Æ S I D E

11

DN. GABR. SCHWEDERO, U. J. D.

Sacri Cæsarei Palatii Comite, Serenissimi
DUCIS Württemberg. Consiliario, Juris Pu-
blici & Feudalis Prof. Publ.

*Domino Patrono, Præceptore, ac Hospite sempiterno
observantia cultu prosequendo,
Pro LICENTIA,*

Summos in utroque Iure Honores, Privilegia,
& Immunitates ritè capeffendi,
H. L. Q. C.

*Publica Eruditorum disquisitioni
subjicit*

Ad diem 14. Martii,

PHILIPPUS LUDOVICUS BRENNER,
Nürting.

T U B I N G Æ,
A, O. R. MDCCVII.

Typis Joh. Conradi Eirelii.

ANNO R. S. MDCCVII.